

XI. 1¹/₂ = Q.

(cat. 4, 22-33⁶)

24 27

Q. F. F. Q. S.
QUUM AD
MUNUS DOCENDÆ
JURISPRUDENTIÆ NATURALIS
PROFESSIO
DE
VERBORUM
SIGNIFICATIONE
ET
REGULIS JURIS
REGIO MANDATO

accederet,

AUDIENDUM SERMONEM AUSPICALEM

VI. MAJ. MDCCCXV. IN AUDITORIO JCTORUM

intimat

CAROLUS OTTO RECHENBERG.

*De Origine et Historia Professionis de Verborum Signific.
et Regulis Juris, ejusdemque Professoribus in etia-
demia signific.*

VERBORUM
SIGNIFICATIONE
ET
REGULIS IURIS
REGIO MANDATO
DE
PROFESSIO
IURISPRUDENTIÆ NATURALIS
MUNUS DOCCENDÆ
CUM AD
O. F. F. S.

AUDIENDUM SERMONEM AUSPICALEM
VI. MAI. MDCCCXXV. IN A. AUDITORIIS ICTORUM
CAROLUS OTTO RECHENBERG

*De origine et historia Rechenbergi
et eiusdem loci antiquitate et
historia.*



Duo sunt, *Lector Benevole*, quibus in quavis arte omnis illius doctrina continetur, *verba & res*. Nam quæ cuique disciplinæ propria est materia, quam proponat, propriis quoque & peculiaribus suis vocibus explicatur, citra quarum intelligentiam ad rerum cognitionem pervenire nullo modo possumus. Quod ut alias disciplinas taceam, in juris præcipue prudentia maxime obtinet. Videmus enim illam magna ex parte in verborum interpretatione versari, quum de pactionum, stipulationum, nec non testamentorum vi ac potestate quaestiones oriantur, in quibus, ubi veritas & mens dicentium sit abdita, tum ad proprium verborum officium confugere, tum quid quisque senserit, ex eorum, quæ dicta sunt, circumstantiis conjicere compellimur. Sed & in Legum, Senatus consultorum, Edictorum, Constitutionum, Cautionum formularumque interpretatione Jurisconsultorum olim indu-

*vid. Fest. in
Municeps
Sobrinus
Stirps &c.
it. Fabric.
Biblioth. La-
tin. p. 814.
& 15.
v. Pref. Bris-
son. de V. S.
v. Noct. At-
tic. l. IV.
c. XVI.
ff. l. 50.
t. XVI.*

*conf. Struv.
Bibliotheca
Jurid.
p. 212. it. Li-
penii Biblio-
thec. Jurid.
P. 544.*

friam fuisse exercitam *Festus Pompejus* aliique Gram-
maticorum Veterum adhuc loquuntur. Alium cer-
te *Gallum* clarissimum suæ ætatis Jurisconsultum in-
tegrum de verborum ad jus pertinentium significatione
Commentarios scribere non puduit, & *Labeonem An-
tistium* Latinarum vocum scientia ad enodandos ple-
rosque juris laqueos usum fuisse accepimus. Citan-
tur etiam a *Gellio* libri *Caji* de origine vocabulorum,
quorum autorum vestigiis compilatores Pandectarum
inhærentes titulum de Verborum significatione doctrinæ
juris submittere non abs re futurum existimarunt.
Hic quanti semper ab omnibus solidioris Juris do-
ctrinæ viris fuerit habitus, non modo farrago Com-
mentariorum, quibus illustratus fuit, sed & peculia-
ris hujus tituli existimatio in variis subinde Academi-
is facta evincit. Tacebo sane obsoleta Jurisconsulto-
rum medii ævi nomina, nec ex *Andr. Alciati*, *Barna-
be Brissonii*, *Bartholom. Cepollæ*, *Arnoldi Corvini*, *Jaco-
bi Cujacii*, *Guil. Fornerii*, *Davidis Magiri*, *Camilli Galinii*,
Alberici Gentilis, *Petri Rebuffi*, *Matthiæ Stephanii*, *Jo-
hannis Sævi*, *Joh. Goeddeii*, *Joh. Jacobi Wissenbachii*,
aliorumque, qui passim circumferuntur in hunc
titulum Commentariis summam in eo diluci-
dando summorum virorum curam occupatam
fuisse commemorabo. Hoc unicum impræsen-
tia-

402 5 403
 tiarum exposuisse sufficiat, tanti illi a Sere-
 nissimis nostræ Academiæ Nutricis fuisse æstimatum,
 quanti nullum aliud ex omni jure factum depre-
 hendimus. Adornarunt enim hujus gratia peculia-
 rem, quæ perpetuo vigeat, professionem, eandem-
 que quinto in ordine. Et eorum Professori demanda-
 runt. Rationem ipsi insimul sequentem addunt,
 weil die Materie de verborum significatione nebst des
 nen Institutionibus höchstnötig / und davon das stu-
 dium Juris anzusehen billig / haicque muneri l. c. Ti-
 tulum de Regulis Juris ex Digestis & Decretalibus
 explicandum per modum appendicis adjungunt.

v. decret. Vi-
 stat. d. ao.
 1658. tit. Fa-
 cult. Jurid.
 §. II.

Quæ cum ita sint non extra oleas positum ex-
 istimavi, si origines & historiam in nostra Academia
 illius muneris paucis commemorarem, quod meas
 in posterum curas & prælectiones sibi vendicat; eo-
 que magis operæ pretium me facturum putavi, quo
 obscurior illius spartæ origo etiam rerum Academia-
 rum peritis, aliis vero extra nostram Academiam in-
 cognitum hujus Professionis genus haberetur. Quan-
 tum ergo primum instituta Professionis tempus atti-
 net, illud longe a primis Academiæ condita nati-
 bus recedere, in aprico est. In illis enim Collegi-

um quidem illorum, qui jus ¹dicerent litigantibus, sententiasque in causis controversis ferrent, institutum acla Academia nostræ probant, nequaquam vero publica autoritate fuisse vocatos, qui secundum seriem accurate distinctarum Professionum Jura ex publica cathedra profiterentur. Horum enim primi Ann. demum 1457. sunt vocati, qui ducali munificentia Jus Canonicum et Decretales Juris cultoribus prælegerent. Exulabat ergo hoc vel maxime tempore ab Academia nostra adhuc Professio de Verborum significatione, nec ratio ejus reformatione religionis & Academia infecuta habebatur. Imo illud quod D. Augusti Electoris tempore ao. 1580. die prima Januarii decretum Visitationis Academicæ prodiiit, eandem adhuc filet, & recensione Professionum exhibita numerum quidem quinarium Professorum Juris, longe alium vero ac hodie quidem ille conspicitur, ordine pensorum singulis assignatorum refert. Quum tamen in eodem visitationis decreto jussu Serenissimi Nutritii primum limites cujusque Professionis distincti essent, & dein ad illorum exemplar, quum a glande ad fruges orbis literatus veniret, mutatio institueretur, in locum quarti Professoris

foris illum, qui hodie quintum occupat, & titulum de
 verborum significatione exponendum accepit, suc-
 cessisse, & ex ruderibus quartæ Professionis, si ita
 loqui fas est, hanc enatam probabile videtur. Quum
 enim non peculiaris quædam Juris pars, qualis qui-
 dem illa de judiciis tertio, de ultimis voluntatibus
 secundo, de contractibus primo, & institutionum
 expositio quinto demandata fuerat, concedita esset,
 in eo ipsius munus præcipue versabatur, ut varios
 juris titulos in assignatis cuique provinciis nondum
 contentos, textualiter more Gallorum sine dictando
 percurreret, und was bey jedem Lege zu notiren und
 zu merken fürzlich anzeige / und fürnehmlich die Ter-
 minos, aber doch secundum receptam interpretum
 opinionem, und wie die Doctores dieselben gemeinig-
 lich zu gebrauchen pflegen / explicirte. Ex hoc dein-
 cept præscripto, quum nulli titulorum munus antea
 alligatum esset, provinciam hanc post ann. 1580. pro-
 venisse, quodammodo apparet, quum eadem officii
 ratio huic professioni, quæ olim, insit, & de novo
 saltem, inventis professionum nominibus, encomi-
 um illud, de Verborum significatione huic muneri
 adjungeretur. Demonstrant veritatem hujus conje-
 cturæ

v. Churf.
 Augusti
 Berordn.
 der Univerf.
 fol. 421. f.
 quarto in
 ordine Pro-
 fessori.

tura non modo verba decret. Visitat. d. anno 1658.

t. Facult. Jurid. S. II. es wolten Churfürstl. Durchl.
was auffer der Professione decretalium Codicis &
Pandectarum in specie wäre geändert worden / es
bey dem / was sonst von Churfürst Augusto Christ-
seligen Andenckens verordnet worden / die Professio-
nem Institutionum und de Verborum significatione
betreffend / verbleiben lassen / sed & programmata pu-
blica & nomina illorum, qui huic muneri post illa
tempora praesuerunt.

Primus scilicet admovebatur anno 1581.
Andreas Schaeffer, qui decennio absoluto, Franci-
scum Romanum Doctorem Basileae promotum ao.
1591. & ao. 1597. Eliam Heidenreich ad idem vo-
catus ex superiori, quem tenebat, loco adhuc cerne-
bat. Successit in munere ao. 1605. Wolfgangus Mey-
erus, & ad Institutionum exponendarum spartam a-
scendens Bartholomeo Goelnizis ao. 1611. ornandum re-
linquebat. Hunc deinceps Sigismundus Finckelthaus
ao. 1616. excipiebat, qui successores Wilhelmum
Schmuckium, Thomam Heckelium & Jacobum Blu-
melium habebat. Hos secutus est Wilhelmus Udal-
ricus Romanus ao. 1627. qui morte praeventus ex sta-
tione

tione ipsi destinata, priusquam eandem ingrederetur; iterum vocabatur. Occupabat illius locum eodem adhuc anno *Joh. Bohemus*, eundemque ad annum usque 1636. tuebatur, quo *Danieli Putschero* eadem legenda vestigia submisit. Ad altiores gradus hoc quoque vocato *Samueli Mosbachio* munus ao. 1639. obvenit; qui publico alloquio ad tempora tricennalis belli accommodato, an & quatenus milites moderni privilegiis militaribus a jure benignissime concessis gauderent, scholam suam aperuit. Cessit dein provincia *Davidi Lindnero* ao. 1641. qui sermone auspicali ambitum hujus Professionis exposuit. *Franciscus* postea *Romanus* anno 1644. in mortui antecessoris locum surrogabatur, qui de *Johanne Bornio*, Bornianæ gentis inclytæ conditore, ad Codicis Professionem annuo spatio interjecto per saltum evectus vivus adhuc sibi congratulabatur. *Literatorum* hic quorum scientia totus illuminaretur mundus, præcellentiam juxta ac necessitatem & privilegia benignissime in eos concessa, digna gravitate perorabat, & *Polycarpum Wirthium* eodem munere præditum ascendens ao. 1650. videbat. Vacuam hujus pramatura morte stationem *Heinricus Volckmarus* ao. 1655. ingrediebatur, & inauguralem orationem de præstantia & laudibus Theoriæ præmittebat. Idem quod antecessorem ipsum quoque fatum manebat & huic cedens *Bartolo* recentioris ævi, *Bartholomæo Leonhardo Schwendendorffero* an. 1659. eundem, quem obtinuerat, locum concedebat. Verba hic faciebat pri-

ma, quibus defensionem l. 2. ff. de orig. Jur. moliretur, & Amadeum Eckohum post relictam provinciam de medio & methodo rite addiscendi Jurisprudentiam in eadem statione inaugurali sermone perorantem adhuc ao. 1661. audiebat. Fato functum quartus per seculum inter Jctos Professores nostrae Academiae ex gente Romanorum nempe Paulus Franciscus ao. 1669. sequebatur, qui post trimestre spatium Institutionum praelegendarum doctrinam suscipiens, Augusto Benedicto Carpio eodem anno sancti copiam, Auspicali oratione ex Cathedra Jctorum faciebat. Gravi & erudito stylo leges nostras civiles, quas tam ex populi plebisque Romanae constitutione, quam Praetorum Jurisdictione Senatusque auctoritate, Prudentium item interpretatione, Principum denique sanctionibus, ex Justiniani mandato in unum corpus congestas haberemus, omnes solida aliqua & naturali ratione niti, nec ex vana opinione profectas, aut sine ratione excogitatas esse, quod multi ex male intellectis Juliani Neratii locis putarent, demonstrabat. Iacturam, quam titulus de verborum significatione ipso discedente fecerat, Fridericus Geislerus orationem de veneratione antiquorum & prerogativa recentiorum Juris interpretum praemittendo ao. 1671. pensabat, & non nisi morte cum beatorum vita Professionem hanc ao. 1675. permutabat. Dignus antecessore Gothofredus Schilterus, succellor existeret & de Necessitate ac utilitate distinctionis inter statum naturalem & legalem in Jurisprudencia dicendi auspiciis faciebat. Post illud anno 1679. Zacharias Cramerus, huius Professio-

ni breve fidus & paulo post *Georgius Heinzius* eodem anno præerat, *Legumque interpretationem sanio- rem a cavillatione nonnullorum separandam* erudite pronun- ciabat. Nec minori successu eandem ornabat *Andre- as Mylius* anno 1680. & præ aliis *tit. de V. S. & R. J. utilitatem ac necessitatem* exordii loco inculcabat. Idem argumentum, quo lucem & auctoritatem dictis titulis conciliaret perpoliendum *Nicolaus Gothofredus* *Itigius* ad hanc accedens ao. 1684. de novo suscipie- bat, & per octodecim annos raro exemplo huic tan- tum Professioni ad ann. usque 1702. vacabat. Post hunc illi eandem tenere, qui dein beneficio ordi- nis ascendentes Collegium Professorium Jctorum ad- huc constituunt, quorum laudibus in vultum, quod ajunt, occinendis Clarissimorum Virorum modestia & mea pariter verecundia ob stare videtur. Hoc mo- nuisse mihi sufficiat *Jo. Christoph. Schacherum* Jctuna Celeberrimum ao. 1702. *Jo. Frider. Olearium* Utrius- que Juris præconem facundissimum 1708., & *Christo- phorum Schreiterum* Præceptorem, quem ætatem ve- neror, honoratissimum ao. 1710. muneri ad motos fu- isse, quorum prior *de vera rectaque Juris civilis edocen- di ratione*, alter *de officio Jcti circa interpretationem Legum*, tertius vero *de subordinatione diversorum in fo- ro receptorum Jurium civilium accurate instituenda*, singuli ea, qua pollent, elegantia, facundia & gravitate perorarunt. Cumque eadem sparta ad hoc usque tempus a Viro Consultissimo & Amplissimo *Christo- phoro Schreitero* ornata fuerit, ipse autem præmatura

mor-

morte, quam adhuc dolemus, B. nostri *Titu* Regia Cle-
 mentia ad Institutionum explicandarum munus gra-
 dum tulerit, vacuam hanc stationem non modo dua-
 bus ante expectativis gratiosissime a *Serenissimo*
Domino, Domino FRIDERICO AUGUSTO,
Rege Poloniarum, Magno Duce Lithuaniae,
S. R. Imperii Archi-Mareschallo, Electore &
Duce Saxoniae &c. &c. &c. Domino meo
longe Clementissimo, concessis assignatam habui,
 sed & de novo DEO & AUGUSTISSIMO REGE
 NUTRITIO tertium ita volente administrandam ac-
 cepti. Hac Regia Clementia & munere pariter credito,
 ut quantum in me esset, meipsum non plane indi-
 gnum exhiberem, more in hac Academia recepto,
 non potui non, quin publico & Auspicali alloquio,
expectativarum a Principibus concedendarum indolem
& effectum ex omni jure traderem. Huic ut proximo
 die VI. Maj. hor. IX. Rector Academia Magnificus, Cel-
 sistimi Imperii Russici Principes, utriusque Reipublice Pro-
 ceres, & omnis lectissima ac generosissima Studiosorum con-
 cito in Auditorio Jctorum Petrino interfuit, ea, qua par-
 est, animi veneratione & observantia a singulis oro at-
 que contendo. P. P. III. Maj. Ao. MDCCXV.

LIPSIAE,

Literis Andr. Mart. Schedii.

Yc 6769



sb.


Rehr ✓ 9.1.01

N.C.

1577







24

Q. E. E. Q. S.
QUUM AD
MUNUS DOCENDÆ
JURISPRUDENTIÆ NATURALIS
PROFESSIO
DE
VERBORUM
SIGNIFICATIONE
ET
REGULIS JURIS
REGIO MANDATO

accederet,

AUDIENDUM SERMONEM AUSPICALEM

VI. MAJ. MDCCCXV. IN AUDITORIO JCTORUM

incimat

CAROLUS OTTO RECHENBERG,

*De Origine et Historia Professionis de Verborum Signific.
et Regulis Juris, quodamque Professoribus in etta-
demia Vipsiensis.*